# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

# Potestas c
## cum fonte primo

Quamuis quolibet in loco positi cogitando, loquendo, agendo peccemus, tunc tamen per tria hec animus effrenatius rapitur, cum mundi huius prosperitate subleuatur. Nam cum preire potestate se ceteros conspicit

ut
cum auctoritati uocis a nullo resistitur, lingua licencius per abrupta diffrenatur. Cumque facere quod libet, licet, iuste sibi omne estimat licere quod libet.

Gregorius libro V. moralium.

Quamuis quolibet in loco positi, cogitando, loquendo, agendo peccemus, tunc tamen per tria haec animus effrenatius rapitur cum mundi huius prosperitate subleuatur. Nam cum praeire se potestate ceteros conspicit, alta de se elate cogitans sentit.
Et
cum auctoritati uocis a nullo resistitur, lingua licentius per abrupta diffrenatur. Cumque facere quod libet, licet, iuste sibi omne aestimat licere quod libet.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5, 11 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.229, ll.2-9).